

Cambridge University Press

978-1-108-04875-0 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis: The Chronicle
of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

G E S T A R E G I S
H E N R I C I S E C U N D I .

Cambridge University Press

978-1-108-04875-0 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis: The Chronicle
of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

Cambridge University Press

978-1-108-04875-0 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis: The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

GESTA REGIS HENRICI SECUNDI.

Hoveden,
296. b. 1,
shorter.

¹ ANNO ab Incarnatione Domini M^oC^oLXX^o, Henricus rex Angliæ, filius Mathildis imperatricis, tenuit curiam suam apud Namnetim in Britannia, die Natalis Domini, quæ quinta feria evenit. Et Gaufridus, filius suus, comes Britannia, fuit ibi cum illo; et tenuerunt ibi sollemne festum; quo peracto, ipse et filius suus Gaufridus circuierunt castella Britannia, accipientes fidelitates et ligantias a comitibus et baronibus et liberis hominibus Britannia, de quibus antea non acceperant.

A.D. 1170.
fo. 29^{ro}.
Henry II.
keeps the
Christmas
of 1169 at
Nantes.

Tunc vero præfatus rex implacitavit comitem Eudonem,² et fere privavit eum toto honore et potestate quam prius in Britannia habuit. Et postea reversus est rex in Normanniam, ita quod in Purificatione Sanctæ Mariæ fuit apud Sagium; et paulo post, visis castellis suis Normannia, transfretavit in Angliam, et applicuit apud Portesmutam, quinto nonas Martii, feria tertia. In hac autem transfretatione regis, persecutus

He returns
to Normandy: is at
Seez, Feb. 2:
and to England; March
3, at Portsmouth.

Hoveden,
296. b. 6.

¹ "Videntur hic deesse anni aliquot ab ingressu H. 2. Hunc scriptorem exscripsere J. Brompton et R. Hoveden, nisi forte omnes ab aliquo priore sua sumserint. Hic in nonnullis distinctior et minutior est." MS. note in margin of A. Wanley adds, "Hujusmodi notæ insequentibus scriptæ forsan fuere

"manu Thomæ Gale. Vid. Vit. E. 17."

² Eudes, viscount of Porhoet, second husband of Bertha, heiress of Britany, and stepfather of Conan, the father-in-law of Geoffrey. He is probably called count as pretending to his wife's inheritance. See Robert de Monte, ad ann. 1168.

Cambridge University Press

978-1-108-04875-0 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis: The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

- A.D. 1170. March 3. **Terrible storm at sea.** est eum Dominus tempestate valida et horribili, a media noctis hora usque ad horam diei sequentis nonam; ita quod ipse, et omnes qui cum eo transfretabant, pene submergerentur, et fierent esca piscibus maris. Dicebatur enim per Gallias, quod rex Anglorum et quinquaginta naves cum eo, quæ onustæ¹ erant familia sua, submergebantur. Sed Deus omnipotens, Qui facit mirabilia magna solus, nolens mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, respexit oculis misericordiæ Suæ famulum Suum regem Henricum, de cœlesti misericordia confidentem, et navem quæ illum gestabat, dextera cœlestis auxilii impulit, et in portu optato applicare fecit. Reliquæ vero naves, quæ eum sequebantur cum familia sua, post magnos et inauditos timores, quædam omnino fractæ et dissolutæ, quædam autem semiruptæ, tandem in diversis regionibus Angliæ, prout vis venti eas tulit, applicuerunt. Attamen una illarum, quæ recentior et cæteris splendidior videbatur et melior, onusta ditioribus et nobilioribus familiæ regis, proh dolor! in ipso diei diluculo, fluctibus maris obruta, submersa est. Submersi autem in ea sunt Henricus de Agnis,² nobilissimus baronum Angliæ, et uxor ejus cum duobus filiis suis, et magister Radulfus de Bello Monte, medicus et familiaris ipsius, et Gilebertus de Sulennio, et multi alii de nobilioribus Angliæ, præter cccc. homines utriusque sexus qui in ea erant.
- Henry des Aigneaux, Ralph de Beaumont, and Gilbert de Soligny are drowned.
- Henry keeps Easter (April 5) at Windsor. Eodem anno, rex tenuit curiam suam in sollemnitate Paschali apud Winleshoveres, cui festo Paschali interfuerunt Willielmus rex Scotiæ, et David frater ejus, et fere omnes nobiliores et majores Angliæ, tam episcopi quam comites et barones.
- Council at London, after Easter, Peracta igitur sollemnitate Paschali, perrexit inde Lundonias, et ibi magnum celebravit concilium de coronatione Henrici filii sui majoris, et de statutis regni sui, et ibidem deposuit fere omnes vicecomites

Hoveden, 296. b. 7, shorter.

Ps. cxxxvi. 4. Ezek. xxxiii. 11.

Hoveden, 296. b. 14.

Hoveden, 296. b. 15.

¹ *onustæ*] *honustæ*, A.| ² *Agnis*] *Agnellis*, Hoveden.

Cambridge University Press

978-1-108-04875-0 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis: The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

HENRICI SECUNDI.

5

Hoveden,
296. b. 16,
shorter.

Angliæ et ballivos¹ eorum pro eo quod male tractaverant homines regni sui. Et unusquisque vicecomitum et ballivi eorum plegios invenerunt de se ipsis, quod ad rectum starent, et adresciandum domino regi et hominibus regni, quod eis adresciare deberent de prisus suis. Et postea fecit rex omnes homines regni sui, scilicet comites, barones, milites, francos tenentes, et etiam villicanos, per singulos vicecomitatus, jurare tactis sacrosanctis evangeliiis, quod verum dicerent; scilicet, quid, et quantum vicecomites et ballivi eorum de eis ceperint, et quid cum iudicio, et quid sine iudicio, et pro quali forisfactura. Sed magnum damnum provenit inde genti Angliæ; quia post factam inquisitionem rex reposuit quosdam vicecomitum illorum iterum in locis suis, et ipsi postea multo crudeliores exstiterunt quam antea fuerunt.

A.D. 1170.
in which
Henry
deposes
the sheriffs
of England,
for extortion;but afterwards
replaces some
of them.*Prima coronatio Henrici Tertii.*Hoveden,
296. b. 17,
shorter.

In prædicto autem concilio, rex fecit summonere Rogerium Eboracensem archiepiscopum, et Hugonem Dunelmensem episcopum, et alios episcopos regni sui, quod essent apud Lundonias festo Sancti Barnabæ apostoli, ad coronandum Henricum filium suum majorem. Ipsi vero, sicut eis præceptum fuerat, convenerunt apud Lundonias statuto tempore, et Dominica sequenti, quæ evenit octavo² decimo kalendas Julii, scilicet vigilia Sanctorum Viti et Modesti martyrum et Sanctæ Crescentiæ³ virginis, fecit rex Henricus filium suum Henricum majorem coronari, et in regem consecrari apud Westmonasterium, ab Rogero Eboracensi archiepiscopo et apostolicæ sedis legato, ministrantibus ei in illo officio Hugone Dunelmensi episcopo et Gilleberto Lundoniensi episcopo, et Joscelino Sales-

fo. 30^{ro}.
Coronation
of the king's
son as
Henry III.,
June 14, at
Westminster.¹ *ballivos*] *baillos*, A.² *octavo*] a correction for *septimo*, as it stands in Hoveden.³ *Crescentiæ*] *Cressentia*, A.

Cambridge University Press

978-1-108-04875-0 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis: The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1170. June 14. biriensis episcopo, et Walterio Rofensi episcopo, astantibus etiam fere omnibus comitibus et baronibus et nobilioribus regni. Hoveden, 296. b. 23.

The king of Scotland and other barons do homage to the young king. In crastino autem hujus consecrationis, fecit rex Willelmum regem Scotiæ et David fratrem suum, et omnes comites et barones, et francos tenentes regni sui, devenire homines novi regis filii sui, et fecit eos super sanctorum reliquias jurare illi ligantias¹ et fidelitates contra omnes homines, salva fidelitate sua. Et ibidem cepit rex licentiam a comitibus et baronibus suis transfretandi in Normanniam, quia Lodowicus rex Francorum indigne ferebat, quod Margareta filia sua non erat coronata cum novo rege Angliæ marito suo; et ideo voluit werram movere in Normannia. Hoveden, 296. b. 23.

The king sails to Normandy about June 24. At rex transfretavit in Normanniam et applicuit apud Barbefluctum² circa festum Sancti Johannis Baptistæ,³ et dimisit in Angliam novum regem filium suum, cui concessit facere in Anglia omnes rectitudines et justitias, per sigillum novum, quod rex ei fieri præcepit.

About July 6, Henry meets Theobald of Blois at La Ferté Bernard; Circa octavas vero apostolorum Petri et Pauli, venit rex ad Feritatem Bernardi, ad loquendum cum comite Theobaldo, de pace facienda inter ipsum et regem Franciæ, et inde recesserunt. Et rex circa festum

fo. 30 v^o. and about July 22 the king of France at Vendome. Sanctæ Mariæ Magdalænæ, venit usque Wendomiam, ad loquendum cum rege Franciæ, et in illo colloquio ita inter eos convenit quod illa vice amici remanserunt. Itaque finito colloquio, rex rediit⁴ in Normanniam, et circa festum Sancti Laurentii ad Motam Gerni, quæ parum distat a Damnifronte, et ibi in gravem incidit infirmitatem, ita quod dicebatur per regnum Galliæ quod mortuus esset. Et ibi divisit regnum Hoveden, 296. b. 32, shorter.

About August 10 Henry falls ill near Domfront, MS. B. fo. 18 a.

¹ *ligantias*] ligascias, A.

² *Barbefluctum*] Portesmutam, A.; corrected from Brompton, c. 1061.

³ *Baptistæ*] Battistæ, A.

⁴ Here the remaining fragments of MS. B. begin; and it would

appear, from a note in Wanley's transcript, that before the fire the former portion was lost. The page contains, moreover, the note, "Roberti Cottoni Brucei liber, ex dono doctissimi et sui charissimi Will^m Camdeni Clarencieux."

Cambridge University Press

978-1-108-04875-0 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis: The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

HENRICI SECUNDI.

7

Hoveden,
296. b. 35.
shorter.

suum et terras suas filiis suis. Concessit autem Henrico filio suo majori regnum Angliæ et ducatum Normanniæ, et comitatum Andegaviæ et Cenomanniæ, et tradidit ei Johannem fratrem suum minimum ad promovendum et¹ manutenendum. Et concessit Ricardo filio suo ducatum Aquitaniæ² cum omnibus pertinentiis suis, tenendum de rege Franciæ. Et concessit Gaufrido filio suo comitatum Britanniæ, cum filia comitis Conani, tenendum de rege Franciæ.

A.D. 1170.
About
August 10.
and divides
his domi-
nions:

Et postea præcepit episcopis et comitibus et baronibus, qui ei in illa infirmitate assidebant, quod si illam non evasisset infirmitatem, corpus suum deferrent ad sepeliendum apud Grandem³ Montem, qui parum distat a Sancto Leonardo. Et ipse ostendit eis quandam cartam, quam Boni-homines de Grandi⁴ Monte ei fecerunt de corpore suo sepeliendo, in exitu capituli domus Grandis⁵ Montis, ad pedes magistri ejusdem domus, qui ibidem sepultus est. Cum autem hæc audissent, vehementer mirati sunt, et hoc concedere noluerunt dicentes hoc esse contra dignitatem regni sui. Ipse vero magis ac magis instabat ut hoc fieret; sed paulo post, sicut divinæ placuit providentiæ, de illa convalevit infirmitate; et quam citius poterat sicut in illa infirmitate voverat, iter arripuit cum festinatione, circa festum Sancti Michaelis, ad Sanctam Mariam de Rupe Adamatoris. Et peracta illa peregrinatione sua, rediit in Andegaviam.

he wishes to
be buried at
Grandmont.Hoveden,
296. b. 42.Hoveden,
296. b. 43.

Interim beatus Thomas Cantuariensis archiepiscopus, sextum annum exilii⁶ sui peragens, cum audisset quod illo absente et despecto, novus rex consecraretur in Anglia apud Lundonias, ab Rogero archiepiscopo Eboracensi, doluit vehementer; et de vindicta Cantuariensis ecclesiæ cogitans, frequenter nuncios suos ad Alexan-

He recovers,
and about
Sept. 29
makes a pil-
grimage to
Roquema-
dour in
Quercy.
fo. 31 r.Thomas,
archbishop
of Canter-
bury, ap-
peals to the
pope against
Roger of
York.¹ *et*] ad, ins. B.² *Aquitaniæ*] Aquitanniæ, B.³ *Grandem*] Grandum, A.⁴ *Grandi*] Grando, A.⁵ *Grandis*] Grandi, A.⁶ *annum exilii*] tr. B.

Cambridge University Press

978-1-108-04875-0 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis: The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1170. drum summum pontificem misit, ut confunderet Eboracensem archiepiscopum et ejus coadjutores,¹ qui ei ministrabant in coronatione novi regis Angliæ. Similiter eodem anno Lodowicus rex Francorum² pro prædicto Cantuariensi archiepiscopo sollicitavit Romanum³ pontificem, in virtute amoris et sub impensi protestatione obsequii, ne ulterius⁴ dilationes frustratorias, quas rex Anglorum protendebat⁵ prorogaret, sicut regnum Francorum diligebat et honorem apostolicæ sedis.⁶ Miseratus⁷ etiam Anglicanæ ecclesiæ desolationem Willelmus Senonensium antistes sedem apostolicam petiit,⁸ et a Romana ecclesia impetravit, ut rex Anglorum, omni appellatione cessante, subjiceretur anathemati et regnum interdicto, nisi pax Cantuariensi ecclesiæ redderetur.

Lewis VII. supports Thomas.

William of Sens obtains a letter from the pope threatening Henry with excommunication.

Meeting of Henry and Thomas at Amboise, Oct. 12.

Hoveden, 296. b. 45.

Hoveden, 297. b. 16.

Joh. Sarist Vit. S. Thomæ; et Giles, i. 331

Ibid. 332.

MS. B. fo. 18 b.

Instabat itaque⁹ dies peremptorius¹⁰ ut sententia ulterius differri non posset. Arctatus ergo rex Anglorum severitate canonica, tandem adquevit, ut pax Anglicanæ ecclesiæ reformaretur, et circa festum Sancti Dionysii, quarto idus Octobris, feria secunda, venit usque Ambasium, quæ est prope¹¹ Turonim, cum archiepiscopis et episcopis et majoribus terræ suæ, contra Willelmum archiepiscopum Senonensem et Theobaldum Blesensem comitem, adducentes secum beatum Thomam Cantuariensem archiepiscopum. Et in crastino, sicut Divinæ placuit providentiæ, prece regis Franciæ, et mandato et admonitione

¹ *coadjutores*] *adjutores*, B.W.

² *eodem anno Lodowicus rex Francorum*] tr. B. The following passage, from *sollicitavit* to *reformaretur*, occurs in almost the same words in the life of S. Thomas by John of Salisbury (Giles, V. S. Thomæ, i. 331, 332), from which it was probably taken by our Chronicler, as it was by Gervase of Canterbury, *Vitæ Pontificum*, 1671. The present state of the literature of the Becket Remains is such that it is almost impossible to refer any passage with certainty to a particular author. In

the cases in which the text differs from John of Salisbury, Hoveden agrees generally with the former.

³ *Romanum*] *summum*, B.

⁴ *ulterius*] *ultra*, B.

⁵ *protendebat*] *prætendebat*, B.

⁶ *apostolicæ sedis*] tr. B.

⁷ *Miseratus*] *Miratus*, A. B. and Hoveden; corrected in A. to *Miseratus*.

⁸ *apostolicam petiit*] tr. B.

⁹ *itaque*] *jam*, B.

¹⁰ *peremptorius*] *perentorius*, A.

¹¹ *prope*] *juxta*, B.

summi pontificis Alexandri, necnon et consilio archiepiscoporum et episcoporum terræ suæ, recepit ibidem in gratiam et amorem suum prædictum Cantuariensem archiepiscopum;¹ et perdonavit ei et omnibus qui cum eo erant in exilio, iram et malevolentiam suam; promittens sibi in integrum restitui omnes possessiones Cantuariensis ecclesiæ, sicut uno anno habuit antequam ab Anglia egrederetur.²

A.D. 1170.
Oct. 13.
fo. 31 v^o.
Peace between the king and the archbishop.

Joh. Sarisb.
332.

Regna itaque gavisæ sunt³ de adventu et consolatione patris sui Thomæ Cantuariensis archiepiscopi. Nam ipse periculum metuens animarum ad ecclesiam suam, rege

Return of Thomas to England, Dec. 1.

Hoveden,
298. a. 24.

sibi præstante conductum, septimo⁴ exilii sui anno reversus est in Angliam. ⁵Cum vero Cantuariam venisset, a

Passio Anon.
S. T. C. ii.
143.
S. Matt.
xxiii. 39.

clero et populo, tanquam angelus Domini receptus⁶ est, omnibus clamantibus⁷ et dicentibus, "Benedictus qui venit in nomine Domini." Ipse autem tanquam bonus pastor omnibus in osculo pacis receptis, illos paterna exhortatione monuit et docuit fraternitatem diligere, et si necesse fuerit, animas ponere, et certare usque ad mortem pro lege Dei.

Joh. Sarisb.
332.

Cum vero dominus papa præfatam jam dicti Eboracensis et episcoporum qui ei astiterant, præsumptionem, conquerente beato Thoma, ut supradictum est, audisset; Rogerum Eboracensem archiepiscopum et Hugonem Dunelmensem episcopum et Walterum Rofensem episcopum ab omni

He suspends the archbishop of York and the bishops of Rochester and Durham; and

¹ *archiepiscopum*] sed eum in osculo pacis recipere noluit; sed permisit regem filium suum recipere eum in osculo pacis;—ins. B.

² *egrederetur*] "Facta est autem pax ista; cætera quære in novo libro. Nota." Ins. B. This is a reference to the date of the transaction as given in Hoveden, "Facta est autem pax ista inter archiepiscopum et regem Angliæ iv^{to} idus Octobris," etc. Hoveden, 297 v^o.

³ *Regna . . . sunt*] Gavisa est itaque regina, B. These words oc-

cur in John of Salisbury, p. 332; and the remainder of the paragraph is compounded from the same author and a few words from the *Passio Anonyma*, No. xii., S. T. C. ii. 143. A very similar passage occurs in the *Passio Anonyma*, xiii. S. T. C. ii. 149. Hoveden agrees more closely with the *Passio Anon.*, both here and below.

⁴ *septimo*] sexto, B.

⁵ Kal. Decembris, m^oc^olxx^oi^o In margin of A.

⁶ *receptus*] susceptus, B.W.

⁷ *clamantibus*] conclamantibus, B.

Cambridge University Press

978-1-108-04875-0 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis: The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1170. episcopali suspendit officio, et Gillebertum Lundoniensem et Joscelinum Salesbiriensem in sententiam anathematis revocavit.¹ Quæ severitas, in Sancti Thomæ ingressu publicata, regem amplius exacerbavit, et linguas toxicatas detrahentium ad nocendum efficaciores reddidit. Nam Rogerus Eboracensis archiepiscopus, et Joscelinus Salesbiriensis episcopus, et Gillebertus Lundoniensis episcopus statim post sententiam in eos promulgatam, applicuerunt in Normanniam, et exacuentes ut gladium linguas suas, ipsum regem concitaverunt clamoribus suis contra Cantuariensem archiepiscopum, et magis ac magis eum adversus illum in iram commoverunt. Iterum ergo damnis, iterum atrocioribus injuriis supra modum et numerum athleta Christi² affectus est, et edicto publico præceptus ecclesiæ suæ septa non exire. Quisquis ei vel alicui suorum faciem hilarem prætendebat, hostis publicus consebatur. Sed hæc omnia vir Dei cum multa patientia sufferebat, et familiariter inter suos commemorans conversatione sua omnes ædificabat.

excommunicates those of London and Salisbury.

The bishops have recourse to the king in Normandy.

fo. 32 r^o.

The king claims the archbishopric of Bourges as belonging to Aquitaine, and about Nov. 23 marches into Berry.

Joh. Sarisb. 332.

Ps. lxiv. 3.

Ibid. 333.

Pass. Anon. 143.

Hoveden, 293. a. 49, shorter.

Interim rex Angliæ calumniatus est archiepiscopum Bituricensem debere adjacere ducatu Aquitanie, sed rex Franciæ contradicebat, et sic orta inter illos gravi discordia, uterque illorum magnum congregavit exercitum. Et rex Angliæ secum suum³ ducens exercitum, circa festum Sancti Clementis venit in Berria usque Munt Luszun, volens ulterius procedere usque⁴ Bituricensem civitatem; ipse enim jam securus esse sperabat⁵ de civitate illa habenda, per homines civitatis illius qui eam illi reddere volebant. Archiepiscopus siquidem Bituricensis, vir bonus et justus, cum⁶ extremum vite suæ diem sibi imminere sensisset, convocatis fratribus suis, coram quibusdam ejusdem civitatis civibus dixit, "O fratres mei carissimi in Domino, scitote quoniam civitas ista Bituricensis spectat ad ducatum

MS. B. fo. 19 a.

¹ *revocavit*] innodavit, interlined in A.

² *athleta Christi*] om. B.

³ *secum suum*] tr. B.

⁴ *usque*] versus B.

⁵ *esse sperabat*] tr. B.

⁶ *Archiepiscopus cum*] Nam sanctæ memoriæ Bituricensis antistes, cum jam, B. Peter de la Chastre, archbishop of Bourges 1142-1170.